IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



to. ac seruite dño. Sin autem malum uo
bis uidetur: ut dño seruiatis. optio uobis da
tur: Eligite uobis hodie quod placet. cui
seruire potissimum debeatis. utrum diis
quibus seruierunt patres uri in mesopota
mia. an diis amorreorum. in quorum terra ha
bitatis. Ego autē & domus mea seruiemus

Sichem Humeri uel la dño.
bor interpretatur: p quem mysteriū
passionis & crucis figuratur: quā ipse salua
tor, ppriis humeris ferre non dedignat.
Iosue omnes tribus isrl in sichem congre
gat. cum xpc omnes electos suos ab initio
usq; ad finem seculi. sub tribus temporib
huius mundi. ante legem. sub lege. sub
gracia. fide & dilectione sua collectos.
mysterio passionis & crucis suę saluat. &
ad cęlestia subleuat. De his tribubus psal
mista dicit. Ierusalem que edificatur ut
ciuitas. cuius participatio eius in id ipsū.
illuc enim ascenderunt tribus tribus dñi.
testimonium isrl ad confitendum nomini
dñi. Iosue omnes tribus isrl in sichem con
gregat. dum spiritum. animam & corp
hominis. mysterio suę crucis a morte libe
rat. Omnes tribus isrl in sichem congregat.
dum plātos. continentes. & coniugatos fi
deles ab initio usq; ad finem seculi. p myste
rium crucis saluat. Unde ipse in euglio lo
quitur: Ego si exaltatus fuero a terra. omia
traham ad me ipsum. Iosue maiores natu
uocat. cum filius dei ab exordio mundi.
sanctos patriarchas p fidem crucis ad se in
uitat. Principes uocat. cum sanctis pphis
eiusdem crucis mysterium reuelat. Iudi
ces uocat. cum sanctos aplos quos iudices
mundi esse constituit. misso de cęlis scō

spiritu crucis suę pdicatores p mundi latitu
dinem efficit. Magistros uocat. cum cunctos
ecclesię doctores pdicatione crucis armat. Ui
deamus g in ueteri testamento. qualiter maio
res natu ul principes in spiritu sancto. suę pas
sionis & crucis applicat ministerio. Primus itaq;
Abel agnum offerat. cuius gracia fratris in
uidia peat. ut xpm uerum dei agnū osten
dat. qui p inuidiam populi iudaici, p uita
mundi. mortem crucis subire debeat.

Lamech etiam pcedens dicat. quid de
mysterio crucis sentiat. Dixit eni uxo
ribus suis adē & sellē. Audite uocem meam
uxores lamech. auscultate sermonē meum.
Quoniā occidi uirum in uulnus meū. & ado
lescentulum in liuorem meū. septulū ultio
dabitur de cain. de lamech uero septuagies
septies. Lamech enim qui humiliatus uel
pcutiens. siue pcussus dicitur. interptatione
sui nominis. typum ipsius dñi saluatoris ex
sequitur: Cui bene humiliati uocabulum con
gruit. quia ut apls ait. cum in forma dei esset.
semetipsum exinaniuit. formā serui accipiens.
in qua patri usq; ad mortem crucis factus est
obediens. Qui etiā pcutientis nomine recte
censetur. quia ipse pcutit & medetur: Cui etiā
pcussi uocabulum recte conuenit. quia ut
ppha ait. uulnera p nobis sustinuit. & infirmi
tates nras ipse portauit. Duę uxores eius. duo
testamentorū tenent allegoriā. uel eas quę
duo in se testamenta continent. significant
synagogam & ecclam. De quibus nimirum
uxoribus multam fidelium sobolem pcreare
non desinit. quos in adoptionē filiorum dig
nanter assumit. Adā. que testimonium sonat.
ueteris testamenti uel synagogę typum gestat.
Sellā uero quę umbraculum interpretatur.